



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. L. Matrimonii Pauperum, quod ne contrahi permittant Episcopi, petit
Princeps sacerularis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72304](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72304)

C O N S I L I U M X L I X . C O N S E C R A T I O N I S .

F A C T I S P E C I E S .

I.



Cœlesia Parochialis
Reiningana, in-
corporata Monas-
terio Oelenber-
gensi, quod nunc
PP. Societatis JE-
SU possident, ita
statuēte S. Leone
IX. istius Funda-
tore, exempta est
ab Ordinario, solumque Pontifici Romano
subjecta. Nuper sic reparata est, ut novâ
consecratione indigeat.

Q U Ä R I T U R

*An opus sit speciali delegatione
Pontificis, qua potestas conse-
candi Ecclesiam exemptam concedatur
Ordinario?*

2.

R Esp. non esse opus tali delegatione ;
quippe cùm potestatem consecrandi
Ecclesiæ quascunque ipsi SS. Canones
per

*can. pia mentis 26. caus. 16. q. 7. c. nunc
autem 1. de Relig. Dom. & c. tua 2. de
consecr. Eccl. vel Altar.*

concedant Episcopo, intra cujus Dioce-
sin cœcta sunt. Proceditque hoc etiam
quoad Ecclesiæ Ordinum exemptorum ;
nam etiam hæc cum aliis monet

König ad tit de consecr. Eccl. vel altar. cit.
ab Ordinario loci consecrandæ sunt, ita,
ut huic functioni immiscere se alienus Epis-
copus, nisi cum licentia Episcopi proprii, ne-
queat, si que hoc faciat, præterquam quod
conveniri ad interesse posset, per

can. Episcopis 28. caus. 7. q. 1.

à celebratione missarum, item ex Decre-
to

Trid. sess. 6. c. 5. de reform.

à Pontificalium exercitio per annum ipso
jure suspenditur, tanquam exercens Ponti-
ficalia in alienâ Dioceesi.

3. Excipiuntur quidam à quibusdam DD.
ab hoc Decreto ii, qui speciale Privile-
gium, à Pontifice indultum, habent, ut
pro consecratione Ecclesiæ suarum re-

currere possint ad quincunx Episco-
pum : quale FF. Minoribus ab Honorio
IV. Carmelitis à Joanne XXII. & Societa-
ti JEsu à Paulo III. concessum est, si Epi-
scopus Dioecesanus consecrationem, hu-
militer postulatam, ultra quatuor menses
distulerit. Sed hoc Privilegium

*Matthæucc. in Offic. Eccl. c. 7. n. 13. §.
quatuor.*

putat revocatum esse à Trid. l. cit. ubi
prohibet, ne ullus Episcopus prætextu cu-
jusvis Privilegii Pontificalia in alterius
Dioecesi exerceat ; fit autem consecratio
Ecclesiæ cum Pontificalium exercitio. Sed
alii, qui post Tridentinum scripsérunt,
revocationis istius non meminerunt, po-
nuntque exceptionem prædictam sine limi-
tatione : de quo videantur

*Miranda Man. Pralat. tom. 2. q. 39.
art. 1. concil. 3. Lezan. summ. qq. Regul.
tom. 3. V. Ecclesia. n. 5. Tambur. de juri.
Abb. tom. 1. D. 23. q. 7. Barbos. jur.
Eccl. l. 2. c. 2. n. 33.*

Quidquid autem sit, ad resolutionem
præsentis quæstionis parùm interest, an
Privilegium hoc revocatum, vel non re-
vocatum sit ; nam, si revocatum est, ma-
net, quod Episcopus Dioecesis, & quidem
solus, & non aliis, nisi de illius licentia,
Ecclesiæ, etiam exemptas, consecrare de-
beat. Si autem revocatum non est, cum
Privilegia plus non valeant, quam verba
sonent, exempti pro consecratione Eccle-
siarum suarum prius implorare Episcopum,
in cuius Dioecesi illæ constructæ sunt, de-
bent, & post hanc implorationem demum,
si ille consecrationem ultra quatuor menses
distulerit, alienum Episcopum pro eadem
functione faciendâ invitare poterunt.
Manet ergo, cùm ipsum jus Episcopo Dio-
cesano potestatem consecrandi Ecclesiæ
exemptorum tribuat, eundem alia facul-
tate, à Pontifice delegatâ, opus non ha-
bere. Quare, sine lexione exemptionis, ut
absque nova facultate, à Pontifice datâ,
Ecclesiæ Reiningana consecrari ab Episco-
po, intra cujus Dioecesin illa sita est, po-
terit. Et hoc etiam procederet, etiam si Ec-
clesiæ isti tam largum Privilegium conces-
sum fuisset, ut non implorato Episcopo
proprio, consecrationem petere ab alieno
posset, quippe cùm Privilegio, sibi prin-
cipaliter concessa, nemo uti tenetur.

C O N S I L I U M L .
In causa Edicti, à Principe sæculari editi, contra
Matrimonia Pauperum.

S U M M A R I U M .

1. Facti species,

2. Rationes ex quibus Matrimonia Pauperum
prohibi-

- prohiberi posse videntur.
3. Deciditur, non posse prohiberi Matrimonio ob solam paupertatem.

FACTI SPECIES.



Rinceps quidam sacerdotalis petit ab Episcopis sui Territorii, ut neminem matrimonio jungant, aut à Parochis sibi subiectis jungi concedant, vel permittant, nisi prius sciant, quod habeant tantas facultates, ut se, & futuram prolem honeste, & competenter alere possint.

QUÆRITUR

An petitio ista ab Episcopis, reliquoque Clero sit acceptanda?

Vldeatur respondendum affirmativè. Ratio posset esse tñm quia pauperes conjuges plerumque fecundiores divitibus, & magnatibus sunt: proinde, si iisdem paucim, licet non instructis tantâ facultatum copia, quæ ad se, suosque liberos pro statu suo honeste sustentandos sufficiat, matrimonii contractus permittatur, inde eveniet, ut sic mendicis impleantur Provinciae, cum magna aliorum molestia, quippe qui ejusmodi pauperes semper habere debent ante fines suorum domuum. Imò 2. cùm parentes, qui ostiatim colligunt eleemosynam, raro invigilent bona educatione prolium, periculum non vanum est, ne tales liberi, cùm labori à pueri non sint assueti, successu temporis (prout plurima exempla monstrant) furris, rapinis que se se addicant, cum magno aliorum periculo, quibus nihil tuti in domo sua est ab hujusmodi vagis, & otiosis hominibus. 3. Nemo carpit Principes sacerdotes, horumque officiales bellicos, qui (ut ubi vis paucim contingit) militibus, sub se merentibus, matrimonia contrahere sine licentia illorum non permittunt. Poterit igitur idem statui circa pauperes, qui non habent, ex quo honeste se, & prolem futuram alant.

Sed, his non obstantibus, dicendum, petitionem istam non esse justam, & sic ab Episcopis eidem deferri non posse; nam imò ex concessione ipsius juris naturalis matrimonia contrahere possunt omnes, qui ab ipso contrahendo non prohibentur; est enim editum de matrimonio contrahendo prohibitorum, ut, quicunque non

4. Respondetur ad rationes dubitandi.
5. Dissuaderi potest Pauperibus Matrimonium: sed non omnino prohiberi.

prohibentur, consequenter admittantur. Talis autem prohibitio non cadit in pauperes; neque enim illi ullo jure declarantur esse ad id contrahendum inhabiles, modò alio, quam paupertatis, impedimento non laborent.

2. In eosdem pauperes cadit etiam ratio instituti à DEO matrimonialis contractus, quippe qui præter finem generandæ prolis etiam institutus à DEO est in remedium concupiscentiæ, cuius periculo etiam pauperes subjacent. Unde etiam ipsis, non obstante egestate sua, permissus debet esse matrimonialis contractus.

3. Per hoc petitum, si deferri eidem debet ab Episcopis, paupertas aliquo modo degeneraret in impedimentum impediens, non potest autem Princeps sacerdotalis, postquam matrimonium ad Sacramenti dignitatem evectum est, ullum impedimentum matrimoniale inducere,

ut post Ant. de Butr. Abb. Alex. Præpos. Felin. Sylv. Tabien. Turrecrem. & alios antiquiores notant Sot. in 4. dis. 42. q. 2. art. 2. ad 2. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 6. §. 10. n. 30. Cœvall. opin. comm. contr. comm. q. 58. n. 10. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 32. Pont. l. 6. de matrim. c. 2. n. 3. Fagnan. in c. utrum l. n. 22. de Cognat. Spirit. Palao tract. 2. D. 4. p. 1. n. 3. & communis aliorum, accinente ipso S. Thom. in 4. dis. 42. art. 2. ad 4.

ubi diserte ait, Prohibitio legis humana non sufficit ad impedimentum matrimonii, nisi interveniat auctoritas Ecclesia, qua idem etiam interdicat. Neque obstat, quod Princeps velit prohibitionem istam fieri ab ipsis Episcopis, qui, ut notat

Clericat. de Sacram. matr. decis. 18. n.

2.2.

Impedimenta impeditia possunt inducere; nam, cùm licentia matrimonium contrahendi juxta num. 2. cuivis, alias non impedito, data sit per ipsum jus naturale, ista etiam per Episcopos restringi non potest sine urgente ratione. Talis autem ratio in praesenti casu non videtur adesse;

nam

Rationes dubitandi num. 2. allatae petitionem istam nequaquam justificant. Ad Solvuntur 1. num ex effato Christi Servatoris pauperes semper habemus nobiscum, eo scilicet fine, ut operum misericordia corporalis exercendorum detur occasio. Non igitur tolli paupertas, sed de mediis provideri debet, quomodo eam passi competenter ali queant, id quod fieri posset per alias salubres ordinationes circa eosdem, cuiusmodi ordinationes jam pluribus in locis sunt constitutæ, ubi nemo permititur (Fff 3)

4.

rationes dubitandi

mendicare, magna tamen est pauperum copia, qui, licet ostiatim Eleemosynam non inquirant, tamen pro statu suo ex pecuniis, in hunc finem collectis, sufficienter nutriuntur. Ad 2. mala liberorum educatio, & pericula, ex eadem timenda, impediri possunt per publica laboratoria, in celebrioribus, vel commodioribus urbibus constituta, qualia constituta sunt Coloniz, Amstelodami, & alibi, ubi pauperum parentum liberi colliguntur, & ad laborandum pro victu, & vestitu suo adiunguntur, donec adolescent, & vel arti aliqui addiscendæ, si mares, idonei fiant, vel, si foemella, nuptias tales possint acquirere, in quibus mendicitatem exercere eas non sit necesse. Cura istorum in spiritualibus demandari posset certis Religiosis, aut etiam Sacerdotibus Secularibus, qui eas in fidei Christianæ dogmatis per habitas Catecheses instruant, & per salubria monita in innocentia conservent. Ad 3. Disparitas est cum militibus; nam isti abdicando se militiam, sibique substituendo alium liberare sese à prohibitione hac possunt: contrà verò Pauperes, saltem plerique, nequeunt seipso liberare à mendicitate; quia vel ob defectum corporis ad victimum sibi querendum labo-

re suo apti non sunt, vel si viribus corporis, ad laborem tolerandum sufficientibus, polleant, in hac multitudine hominum acquirere nequeunt, quibus operam suam pro justa mercede locent. Hinc contra juris naturalis permisum cogentur perpetuò manere cælibes cum maximo periculo incontinentie, & aliarum sequelarum admodum gravium.

Judico ergo, petitionem hanc Principis eatenus posse recipi, ut animarum Curatores hominibus, quise, & prolem futuram ob facultatum defectum nutritre competenter non valent, current Matrimonii contractum, quippe occasione cuius, si copiosa præsertim proles ipsis nascatur, ministerio redduntur, omnibus modis dissuadere: non verò, ut, si dissuasione sua nihil efficiant, eos à contrahendo omnino arceant; hoc enim repugnat juri naturali, & positivo tam Divino, quam humano, per qua jura cuivis, alias non impedito, liber debet esse Matrimonii contractus: in dñ nec obtineretur finis hujus Decreti, cum multi primū post Matrimonium jam contractum vel per infortunium, vel per malam domesticationem ad incitare redigantur.

C O N S I L I U M L I .

In dubio juris Patronatūs competentis Matrici Ecclesiæ.

S U M M A R I U M .

1. *Facti species.*
2. *Ad novam Ecclesiam ex redditibus Parochialis Ecclesia dotatam, præsentatio competit Parochio matricis Ecclesia.*

3. *Jus præsentandi non habet Parochus matricis Ecclesia, si intra eius limites alienis sumptibus eretta est Ecclesia Parochialis.*

F A C T I S P E C I E S .



I.
Ecclesia Parochialis S. Pantaleonis pinguis habet redditus, & valde amplum districtum, in quo numerat quatuor Ecclesiæ filiales, sibi subjectas. Has Parochus loci procuravit hactenus in spiritualibus per Capellanos, quos domi sue sustentavit. Ut dictis Ecclesiæ filialibus, & populo ibi degenti circa curam animarum melius invigilaretur, Ordinarius in his pro numero ea-

rum quatuor posuit Vicarios, seu Sacellanos Curatos, pro quibus aleandis Ordinarius ex redditibus matricis Ecclesiæ extraxit pro quolibet eorum tantam portionem, quanta sufficeret ad congruam singulorum sustentationem.

Q U Ä R I T U R

An Parochio matricis Ecclesia competit jus præsentandi tales Vicarios, seu Sacellanos Curatos?

R Esp. affirmativè, argumento sumpto à casu, quo nova Ecclesia Parochialis intra